



Universitätsbibliothek Paderborn

Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

XXIII [i.e. XXII]. Bulla Innocentij IV. qua confirmat sententiam excommunicationis à Guillelmo Narbonensi Archiepiscopo latam adversùs Amalricum Vicecomitem. Ex eodem Archivo Archiepiscopi ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14646

gravamina supradicta. Actum fuit hoc præsentibus
Centullo Priore de Laurano, Bernardo Capellano
Ecclesiæ de Caunis, Bernardo Presbytero de Corcia-
no. Et ad majorem prædictorum omnium firmita-
tem, sigillum nostrum præsentibus duximus appo-
nendum.

XXXII.

Bulla Innocentij IV. qua confirmat sen-
tentiam excommunicationis à Guillel-
mo Narbonensi Archiepiscopo latam
adversus Amalricum Vicecomitem.

Ex eodem archivø Archiepiscopi Narbonensis.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum
Dei dilectis filiis Abbatii sancti Iacobi, Archidia-
cono Biterrensi, & Priori de Cassiano Biterrensis
diocesis, salutem & apostolicam benedictionem.
Venerabilis frater noster Narbonensis Archiepis-
copus nobis humiliter supplicavit ut excommunica-
tionis sententiam, quam idem in Amalricum Viceco-
mite Narbon. pro eo quod spredo fidelitatis &
homagij juramento, quo sibi tenetur, portas pala-
tij sui, eo existente Narbonæ, fecit à quibusdam ar-
matis in ipsius contemptum & injuriam custodiri ad
scutiferos & aliam suam familiam capiendos, &
quod civibus Narbonensibus inhibuit ne ipsi de
feudis quæ tenent ab Ecclesia Narbonensi respon-
deant, nec ab eo se ipsa tenere, sicut prædecessores
sui recognoverunt, aliquatenus recognoscant, &
quod quondam Petrum de Besauduno, in quem spi-
ritualem & temporalem idem Archiepiscopus juris-

ditionem habebat , propria temeritate suspendi , & quosdam alios , in quos jurisdictionem obtinet similem , capi fecit & adhuc detinet carceri mancipatos in ipsius præjudicium & gravamen , & pro nonnullis aliis excessibus ab ipso commissis , cum præmissa omnia sint adeo notoria quod non possunt aliqua tergiversatione celari , auctoritate propria exigente justitia promulgavit , robur faceremus debitum firmitatis habere . Quocirca discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam , sicut rationabiliter est prolata , faciat auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari . Quod si non omnes iis exequendis potueritis interresse , duo vestrum ea nihilominus exequantur . Datum Lugduni vi. Idus Novembris , pontificatus nostri anno sexto .

XXXIII.

Litteræ Guillelmi Archiepiscopi Narbonensis adversùs Amalricum Vicecomitem .

Ex archivō Archiepiscopi Narbonensis.

GUILL ELM U S Dei gratia sanctæ Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus dilectis in Christo B. Mercerij & P. de Caneto Clericis Ecclesiæ sancti Justi Narbonensis salutem in Domino . Olim circa nobilem virum Amalricum Vicecomitem Narbonensem quæ corrigentis & medentis sunt proséquicuentes , speravimus quod per excommunicatum sententias , quas in ipsum exigentibus culpis